

**448** imp. C[*aes.*] M. Aurelio Antonin[o] | Pio Felici Aug., trib. pot. VII, cos. II<sup>1</sup>, filio | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. | Arab. Adiab. Parth. max. <Parthi]ci maximi Brittannici maximi patri patriae><sup>2</sup> Se<veri> Augusti filii, nepoti divi Marci Antonijni Pii Germanici Sarmatici, pronepoti divi | Antonini Pii, abnepoti divi Hadriani, adnepoti divi Traiani Parthici et divi Nerva[e], Cuiculitani.

*Cuicul (Djemila) Numidiae (VIII 1089<sup>4</sup> cf. eph. ep. 7, 796). — 1) Consul iterum fuit Caracalla a. 205; pro trib. pot. VII requiritur VIII. De similibus mendis in titulis Caracallae obviis cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 801 not. 5 (non recte de diversis computationibus tribuniciae potestatis cogitavit Wilmanns). — 2) Quae unciis inclusi, scripta sunt in spatio depresso, scilicet male intrusa, cum nomen Getae tolleretur; antea fuerat fratri L. Septimi Getae nobilissimi Caesaris, Severi Augusti filii.*

**449** imp. Caes., imp. Caes. | L. Septimi Severi Pertina]cis [Aug.] Arabici Adiab[en]ici Part. pontifici[s] m[*ax. f.*], divi | M. Antonini Pii Germ. Sarm. | nep., divi Antonini Pii pronep. | divi Hadriani abnepo]ti, divi Traiani Parthici | adnepoti, divi Nerve | proadnepoti<sup>1</sup>, | imp. Caes.<sup>2</sup> M. Aurelio | Antonino Aug. | res publica ex de]creto et collatio]ne [decur.] ex SS HCCC | n.<sup>3</sup> fecerunt idem]que dedicaverunt.

*In Numidia non longe a Thagaste loco dicto Wed Cham (Eph. epigr. 5, 825, descr. Masqueray). — 1) Hic tantum repertum vocabulum. — 2) imp. Caes. abundat, supra iam positum. — 3) Ex sestertium duobus milibus nummum et quadringentis.*

**450** Iunoni Concordiae | Aug. pro salute | imp. Caes. M. Aureli | Severi<sup>1</sup> Antonini Pii Fel. | Aug. Parthic. max. Brit. max. | pontif. max., tr. p. XV<sup>2</sup>, imp. | II<sup>3</sup>, cos. III, procos., divi | Severi fil., et Iuliae Aug. | matris Aug. et castror. et | senatus ac patriae, | quod L. Propertius L. f. Vic]tor vet. ob honorem fla]moni perpetui ab ordine | in se conlati HS IIII [n.] | promiserat, L. Proper]tius Martialis vet. fl. p. p. | frater et Propertius Vic]tor ae vocatus filius ei[us] | ampliata summa faciend. dedicandamq. curaverunt.

*Verecundae (in Numidia, prope Lambaesium) rep. (VIII 4497). — Titulus dedicatus Iunoni Concordiae Augustae pro salute Caracallae et matris eius, eo ipso anno quo ille fratrem occiderat. Simul dedicatus est titulus Iovi optimo maximo, conservatori Caracallae et matris (VIII 4496). — 1) Severus Antoninus dicitur filius maior Septimii Severi passim in titulis Africae (ubi interdum etiam Getae cognomen Severi additur (eph. ep. 5, 460), interdum etiam in aliis provinciis. — 2) A. 212. — 3) Imperator iterum Caracalla appellatus erat iam a. 208 (III p. 890), fortasse iam a. 207 (X 5909 sed cf. ad N. 429 not. 5).*

### Ex actis fratrum Arvalium a. 213.

**451** Hoc anno cena]tum est in diebus singulis (denaris) centenis, XVI XIV XIII kal(endas) Iun(ias)<sup>1</sup>, et adclamaverunt<sup>2</sup>: fe[li]cissime<sup>3</sup>! felicissime! | te salvo et victore felicissime! o nos felices qui te imp(eratorem) videmus! de nostris ann(is) augeat t(ibi) I(uppiter) a(nnos)<sup>4</sup>! Germanice max(ime)<sup>5</sup>, d(i) t(e) s(ervent)! Brit(annice) | max(ime), d(i) t(e) s(ervent)!!